

RODERICI XIMENII DE RADA HISTORIA HUGNORUM,  
VANDALORUM, SUEVORUM, ALANORUM  
ET SILINGORUM

*Juan Fernández Valverde*

Habría que empezar respondiendo a la pregunta que me hacía en la introducción a la edición de la *Historia Ostrogothorum* (cf. *Habis* XV, 1984, 173-183): la finalidad de estas obritas del Toledano. De la lectura del Prólogo de la presente edición se puede deducir lo siguiente: tras escribir *De rebus Hispanie*, su obra fundamental, D. Rodrigo sigue trabajando los últimos años de su vida, quizás por inercia, y aprovecha el material sobrante para redactar estas historias sobre los pueblos que han incidido alguna vez en el devenir de su patria, y todo ello *ne per intercapedines digitorum mirra defluat Hispanorum*. Como se puede comprobar las fuentes siguen siendo las mismas (sobre todo Jordanes y San Isidoro) e incluso a veces repite pasajes de *De rebus Hispanie*.

Con la presente edición queda completada la revisión crítica de la obra histórica del Toledano que inicié con *De rebus Hispanie* (Tesis doctoral, Sevilla, 1978)\* y continué con la *Historia Romanorum* (*Habis* X-XI, 1979-80, pp. 157-182) y la *Historia Ostrogothorum* (*Habis* XV, 1984, pp. 173-183). Añádase la *Historia Arabum* (ed. J. Lozano Sánchez, Sevilla, 1974). A ellas remito para cualquier detalle sobre manuscritos, fuente o ediciones.

Sobre estas últimas hay que advertir que en la de Nebrija

---

\* Aparecerá próximamente en *Corpus Christianorum* CM 72.

(Granada, 1545) y en la de Schott (Francfort, 1603) la numeración de capítulos enlaza sin solución de continuidad la *Historia Ostrogothorum* y la *Historia Hugnorum...*, mientras que la de Lorenzana (Madrid, 1793), que las diferencia, repite la numeración CAP. XIII, que no enmienda, y arrastra el error hasta el final.

S I G L A

- A Matritensis B.N. 7104 s. XIII
- B Complutensis B.U. 143 s. XIV ineuntis
- D Matritensis B.N. 301 s. XIII
- F Matritensis B.N. V.<sup>a</sup> 4-3 s. XIII exeuntis
- G Matritensis B.N. 7008 s. XIII exeuntis

- Neb. editio Nebrissae
- Sch. editio Schotti
- Lor. editio Lorenzanae

PROLOGUS IN HISTORIA HUGNORUM, VANDALORUM  
ET SUEVORUM, ALANORUM ET SILINGORUM

Quia stilo flebili nostre gentis repetita sepius excidia reci-  
taui, ne per intercapedines digitorum mirra defluat Hispano-  
rum, descriptis cladibus quas fere semper a sui principio est  
perpressa, ad eorum tempora uerto stilum qui licet breuiori  
5 acriori tamen dominio seuiuerunt; quorum inhumanitas tanta  
fuit ut omnem bestiarum rabiem superarent, nec umquam  
humani generis ingluuie saciati pietatis spiritum admiserunt,  
set semper exterminio inhiantes cedibus et excidiis intender-  
unt; quod diuini iudicii talio sic euertit ut parum aut raro in  
10 tutis sedibus remanerent, et fere semper intestinis suppliciis  
penas criminum, ut oportuit, receperunt. Quorum principium,  
medium atque finem, prout maiorum relatio docuit, si Domi-  
nus dederit, enotabo. Gothorum originem, gloriam et proces-  
sum, quorum insignia super omnes barbaros effulserunt, in  
15 superiori uolumine declarauit, prout me docuit ueritas prime-  
uorum; uerum quia preter Gothos IIII gentes ferocissimas  
secula habuerunt, scilicet, Hugnos, Vandalos, Alanos et Sue-  
uos, qui semper cedere, numquam quiescere uoluerunt, horum  
originem, sedes et acta cogit suscepti laboris ratio explicare.

*Inscrip.* SILINGUORUM B 2 mira defluant Lor. 5 seruiuerunt G 6 omem F // su-  
perarent: frarent G 9 talis A // parum: pater D 10 remarent G // intestinis semper D  
11 crimine D 13 annotabo Neb. Lor. 15 me om. A edd. 19 explicatio a. corr. B,  
explicari F

## CAP. I

## DE ORIGINE HUGNORUM

Hugnorum origo, ut refert antiquitas, ita cepit. Filimer rex Gothorum, Gardarici magni filius, qui post egressum a Schancia tercio loco Gothorum tenuit principatum, qui et terras Scithicas, ut diximus, occupauit, in populo suo reperit  
 5 quasdam magas que in exercitu stupra et maleficia procurabant et facticiis strenuos euirabant; quas habens suspectas, longe ab exercitu effugatas in solitudine fecit exponi. At immundi spiritus per deserta et inuia euagantes, ut multorum cogit relatio opinari, se earum complexibus ad coitum miscuerunt et genus hoc ferocissimum ediderunt. Primum minutum, tetrum inter paludes exisse comemorant, et quasi genus hominum nec alia uoce notum nisi quod humani seminis ymaginem exhibebat. Tali ergo Hugni stirpe progeniti, procedente tempore magis humane nature uicini, licet satis dissimiles, humane forme ymaginem preferebant et a rugitibus bestiarum humanis uocibus se abtabant, Gothorum linguam quam a matribus didicerant in aliquibus imitantes. Et ut Priscus historicus refert, in ulteriori ripa paludis Meothide insidentes non aliis laboribus set tantum uenationibus et piscationibus insistebant, nisi quod postquam creuit, fraudibus et rapinis uicinarum gencium comoda perturbabat. Erat autem eis species pauenda nigredinis et uelut offa incomposita et informis, non plene ut facies figurata, set habens in facie quasi puncta pro luminibus oculorum, et seuiciam animi

---

1-7 Iord. *Get.* 121 7-13 *id.* 122 17-21 *id.* 123 21-27 *id.* 127

---

1 Filimer *om. Neb. Sch.* 3 tercio: quinto *Iord.* 5-6 procurabant: proatabant D 6 et: Set *in rubrica FG* // euirabant AD 7 solitudinis A // fecit: inde D // At: Ad G 9 relatio: ratio *Neb. Sch.* // opinaret A 10-11 munitum G 11 tetrum: rettum D 12 seminis: sermonis *Iord.* 13 stirpe: stupe G 13-14 predente D 14 magis: magnis FG 14-15 nature... humane *om. G* 15 a *om. D, secl. Sch.* 18 Macotidis *Sch. Lor.* 19 tantum: totum G 23 post facies *add. et Neb., secl. Sch.* // set *om. A, s. u. B* 24 seuiciam: ferociam F

25 turbus prodebat aspectus. Eciam in proles recenter natas  
 impie seuiebant, nam genas earum ferri calidi stigmatate figu-  
 rabant, ut ante uulnus quam lactis susciperent nutrimenta;  
 30 exigui quidem forma set argutis motibus expediti, ad equi-  
 tandum promptissimi, latis scapulis ad arcus sagittasque pa-  
 rati, ceruicibus et superbia semper erecti. Quadam autem die  
 dum uenatores eorum in ulteriori rippa Meothide circa uena-  
 tionis studia laborarent, cerua se optulit inprouisa, ingressa-  
 que paludem nunc progrediens nunc subsistens ut index uie  
 35 sollicita precedebat, et uenatores paludem imperuiam quam  
 ut pelagus estimabant pedibus transierunt; moxque ignotis  
 apparuit Scithia numquam uisa et creduntur spiritus illi unde  
 progeniem traxerant id egisse, quod enim in tam modico  
 tempore a non multis feminis quocumque concubitu tantus  
 40 populus processisset tamque ferox, non uidetur humana posse  
 contingere ratione. Illi uero qui preter Meothidam alium esse  
 mundum penitus ignorabant, admiratione Scithie stupefacti,  
 ut erant sollertes, iter illud ostensum diuinitus crediderunt et  
 ad suos in Meothidam reuertentes gestum prout euenerat re-  
 tulerunt et terras Scithie laudauerunt; et continuo Hugnorum  
 45 exercitus paludibus procreatus, Scithiam adiuerunt et quos-  
 cumque in principio inuenerunt sue uictorie litauerunt et  
 ingentem paludem Scithie transierunt. Alpizuros, Lizuros,  
 Ytimaros, Tucarsos, Boyscos, qui in rippa paludis Scithie  
 insidebant, quasi cum turbine rapuerunt. Alanos quoque pugna  
 50 sibi pares set humanitate, uictu formaque dissimiles fre-  
 quenti certamine subiugarunt. Nam quos bello forsitan mi-  
 nime superabant, terrore uultuum consternebant, et iam lon-  
 ga generatione ueri hominis ymaginem nasciscentes ferali  
 seucicia trahebantur. Hermanaricus autem rex Gothorum qui,  
 55 ut superius retulimus, multarum gencium extiterat triumpham-

28-30 *id.* 128 30-34 *id.* 123 34-37 *id.* 124 40-47 *id.* 125 47-51 *id.* 126 51-54 *id.*  
 127 54-62 *id.* 128 = *De r. Hisp.* I xix

25 torbus (—o— *p. corr.*) B, toruus *edd.*, turuus *Iord.* // protebat G 26 seuiebat D  
 29 ad: atque G 31 Maeotidis *Sch. Lor.* 35 existimabant *edd.* // mosque A 37 in  
 tam: uitam D 39 tamque: tamen D 40 Maeotidem *Sch. Lor.* 40-41 preter paludem  
 mundum F, p. metodiam alutem m. G. 43 Maeothidem B *edd.*, —thida A 44 et...  
 laudauerunt *om.* D 46 adinuenerunt G 48 Iumaros *edd.* // Tucarsos *om. edd.*, Tur-  
 casos A 50 pares: patres *a. corr.* F 52 uultum G 53 nasciscentes *p. corr.* B, naci-  
 A, nascic— D, nansc— FG, natura scientes *Neb. Sch.* 54 Hermanarico D

tor, aliquo uulnere saucius egram uitam imbecillitate cont-  
 raxit, et tunc Valamber rex Hugnorum in Ostrogothos, qui  
 iam a Gothis seiuncti manebant, fecit insultum eosque prost-  
 rauit. Hermanaricus autem dolore uulneris et Hugnorum po-  
 60 cius uite sue anno CX est defunctus; cuius mors Hugnis occa-  
 sionem prebuit preualendi, ipsosque Gothos qui remanserant  
 et Ostrogothos fere extinxit. Ostrogothi autem et Gepide us-  
 que ad bellum Cathalanicum sub Hugnorum dominio reman-  
 serunt, a tempore Hermanarici regis Gothorum usque ad  
 65 Valamer regem Ostrogothorum et Ardericum regem Gepida-  
 rum, qui tempore belli Cathalanici rati posse restitui libertati  
 se Gothorum auxiliis addiderunt. Post quod bellum, de quo  
 in superiori libro lacius est expressum, Athila pro discessu  
 hostium animo restitutus, presumit gaudia, meditatur gran-  
 70 dia, erigitur ad coronam, oppressioni inhiat, Romanis intonat  
 et inde reuertitur in Pannoniam ut maiorem exercitum con-  
 gregaret. Et cum cepisset Alanos infestare, Turismundus  
 adueniens uicit eum, et licet fugatus post Turismundi disces-  
 sum uirtutem animi non abiecit, set maiore exercitu congre-  
 75 gato, corde intimo reponens iniuriam Romanorum profectio-  
 nem dirigit in excidium eorumdem, habens secum quam prius  
 exercitum ampliorem. Primum partes Aquilegie deuastauit,  
 que erat metropolis Venetorum, deinde ciuitatem obsidionis  
 ambitu coartauit, cumque obsidio diucius traheretur, cepit  
 80 exercitus uictualium penuria murmurare. Quadam autem die  
 cum ciuitatem Athila circuiret ut uideret qua posset facilius  
 impugnari, inspexit ciconias in rostris filios deportantes egredi  
 ciuitatem et letus auspicio dixit suis: «Pugnate ylariter quia  
 transmigratio auium transmigrationem indicat obsessorum».  
 85 Et tunc fortius solito dimicantes, obsesse urbis muros et  
 ianuas irruerunt. Et quedam domina nomine Digna, que in  
 turre altissima habitabat, in Natissam fluuium se proiecit ne

67-68 cf. *De r. Hisp.* II viii, *Hist. Ost. Prol.* 68-77 *Iord. Get.* 218 77-79 *id.* 219  
 79-83 *id.* 220 83-86 *id.* 221.

56 in bellicitate D 57 Ostrogotans a. corr. B 58 eos A 60 mors: moes F 62 Os-  
 trogothas a. corr. B 65 Ardaricum B *edd.*, Ardencium FG 66 liberati G 69 animo:  
 non B *edd.* // sumit G 74 maiori Lor. 75-76 perfectionem B *Neb. Sch.* 78 post erat  
*add.* in *Neb. Sch.* // uenatorum a. corr. B 80 murmurale a. corr. B 80-81 die cum  
 exiret (s. u.) ut F 84 transmigratio auium om. FG // —migrationem: —migratio A  
 85 solito fortius A 86 quadam A // qui A 87 natissimam se proiecit fluuium A

barbarorum ludibrio seruaretur. Inde urbe euersa et penitus  
 dissipata uicina oppida diruit et castella. Concordiam, eciam  
 90 Belunum et Feltrum, Vincentiam et Veronam, Bergamum,  
 Brixiam atque Comum, Mediolanum metropolim Ligurum et  
 Ticinum, que nunc Papia, omnes diripuit et euertit, cedi ta-  
 men et incendio parcius insistebat. Ipso talia perpetrante et  
 Liguriam et Venetias deuastante, que erant quasi uiscera Ro-  
 95 manorum, proposuit Romam simili dispendio uisitare, set  
 suorum consilio dissuasus timuit sibi ut Alarico, si Romam  
 inuaderet, euenturum, qui postquam Romam uastauerat, hu-  
 mane uite protinus sensit finem. Dumque inter consilia fluc-  
 tuaret, uenit ad eum cum legatione placida sanctissimus Leo  
 100 papa, in cuius aduentu sic furorem deposuit consuetum ut  
 sui et alii mirarentur, in tantum ut idem papa recessum eius  
 ab Ytalia impetraret. Fuerat enim Athila Dei territus potes-  
 tate: uiderat enim, dum sibi papa cominus loquebatur, alium  
 prope stantem in similitudine sacerdotis tenentem gladium  
 105 euaginatam et mortem terribiliter cominantem si nollet pape  
 beneplacitis obedire. Cumque suis uisionem huiusmodi reuel-  
 asset, pacem, ut papa petierat, suaserunt, et in loco ubi Tici-  
 nus Pado flumini admiscetur ab inuicem discesserunt.

---

88-98 *id.* 222 98-102 *id.* 223 107-108 *id.*

---

88 ludibria *a. corr.* B 89 celam: et *edd.*, eciam et A 90 Bergamum: *Sch.*, Pergamum  
*codd.*, Pergame *Neb.*, Bergomum *Lor.* 91 Brixiam B *Neb.* // Comum: *scripsi*, Cuman *codd.*  
*edd.* (—n— *Neb.*) // metropolim Lig— *edd.* 92 Ticinium *Neb. Sch.* // diripuit D  
 93 in medio parvus *Neb. Sch.* 97 inuaderet... Romam *ad marg. al. m.* D // cuentur  
 G // Romani G

CAP. II

DE HONORIA ET MORTE ATHILE

Honoriam autem Valentiniani germanam Athilam incitavit per clandestinum eunuchum ut eam sibi peteret in uxorem. Athila autem audito nuncio est gavisus et statim ad imperatorem Valentinianum internuncios destinavit ut sororem eius peterent supradictam; quod si renueret, interminans minitavit se in Italiam reversurum et graviora prioribus patraturum. Igitur Athila Danubium transiens contra Alanos movit arma. Quod cum Thurismundus rex Gothorum non imparis glorie presensisset, in auxilium Alanorum exercitui Athile mox aduenit, consertoque prelio sicut in campis Cathalanicis pauenda Romanis vexilla Athile effugavit ipsumque Athilarum fugientem coegit oblitus olim repetere mansiones. Et preter alias quas habebat duxit uxorem que Ildico dicebatur et interconuiuia, que sobrietatis terminos excesserunt, plus solito bibit unum, et cum sanguis per os et nares cepisset effluere, fuit continuo post breue spatium suffocatus. In ipsa nocte imperator Marcianus, qui tunc Constantinopolim morabatur, uidit in sompnis arcum Athile esse fractum et intellexit eum mortuum aut confractum. Unde et Ethium patricium interfecit, eo quod in bello Cathalanico eius consilio quod Thurismundo dederat Athila euasisset. Set eorum prelia et processus in superiori uolumine descripsi calamo laciori.

1-2 Iord. *Get.* 224 2-6 *id.* 223 7-12 = *De r. Hisp.* II viii (7 Iord. *Get.* 226 8-12 *id.* 227) 12-16 *id.* 254 16-19 *id.* 255 19-22 *cf.* *De r. Hisp.* II viii

*Inscrip.* HONORA D 5 renueret... se *ad marg. al. m. D* 7 arma: *guerram a. corr. B* 11 Romanorum A 12 oblitus *ad marg. al. m. D* // repente F 14 qui *a. corr. D* 15 hos D 18 confractum esse Athile A 19 et *om. edd.*



CAP. III

DE WANDALIS

Wandalos autem et Alanos Scithas fuisse superioris libri auctoritas protestatur; quos Gothi egressi a Schancia primo impetu prostrauerunt. Pars autem altera Wandalorum dicta Silingui per se exercitum faciebat et speciali nomine uocabatur, licet a principio utrique una gens fuerint Wandalorum. Alani similiter et Scithia oriundi, acti a Gothis in Wandalorum coloniam transierunt ut Gothis impares possent cum Wandalis se tueri. Sueui eciam qui a Germania processerunt, eam partem Scithie inuaserunt que a Sueuis et Scithis adhuc hodie Suecia nominatur, in qua est metropolis ciuitas Ubsalensis. Horum nomen et patria in Theuthonia adhuc antiqui cespitis nomen habet, que Sueuia nuncupatur. Hii itaque genitale solum egressi et in optenta Suecia habitantes et Gothorum gladium formidantes se Wandalorum et Alanorum cetui miscuerunt ut simul iuncti Gothorum potencie obuierent, quibus tamen semper in bellis impares sunt inuenti. Cum enim Geberidus Gothorum regeret principatum et Wimar Wandalorum, quos iuabant Alani et Sueui, tanta strage fuere prostrati quod numquam postea in Scithie sedibus presumpserunt remanere nec nobilitati Gothice obuicare, set a Constantino Cesare Pannoniam pecierunt et per LX annos terram ut agricole coluerunt tributarii Romanorum.

17-22 Iord. *Get.* 113-115

1 et Alanos *om. edd.* // libri *ad marg. al. m.* B 2 primo: pro F 4 et: a D 4-5 uocantur *a. corr.* B 7 inpars et F 8 a *om.* G // Germanis *Neb. Sch.* 9 que *ad marg. al. m.* D 9-10 adhuc hodie *om. edd.* 11 nomina A 12 nominatur *edd.* 14 gladios *edd.* // et Alanorum *om.* A 17 Cumque *Neb. Sch.* 18 quos: quoque F // Suauis *a. corr.* F 21 Cesare *s. u.* B 22 tributa Romanorum (*add. minime abnegantes ad marg.*) F

CAP. IIII

QUOD BARBARI A PANNONIA IN GALLIAS TRANSFUGERUNT

Demum Frigidernus rex Gothorum eis aduenit, set morte  
 preuentus eos non potuit optinere. Verum ipsi timentes Atha-  
 naricum qui in Gothorum regimine adhuc stabat, a Stilicone  
 consule et patricio Gallias pecierunt ut Romano imperio re-  
 5 bellantes sua multitudine subiugarent. Cumque ad Gallias  
 peruenerunt, biennio ante irruptionem urbis Romane uastatis  
 prouinciis interiectis in Gallias peruenerunt, Burgundiones et  
 Francos siue Gallicos mirabili impetu prostrauerunt et eciam  
 Aquitaniam subiecerunt. At postquam tyrannus Eugenius in-  
 10 terfecerat Gracianum et Gallias occuparat, Wandali, Silingi,  
 Alani et Sueui cum tyranno Eugenio contra imperium rebel-  
 larunt. Set Theodosius progrediens contra ipsos duxit de  
 Gothis plus quam XXti milia armatorum, et Eugenio inter-  
 fecto predictae gentes fugaci compendio a Galliis recesserunt  
 15 et Pyreneis montibus se dederunt. Set Didimus et Veranianus  
 ambo fratres de nobilioribus et potentioribus Romanorum se  
 in eorum transitu obiecerunt, et fratrum obice potentatu a  
 transitu sunt repulsi et tribus annis per prouincias Gallie  
 uagabundi a Romanis et Gothis cedes frequentissime sunt  
 20 experti. Set predicti fratres qui claustra Pyrenaei potenti pre-  
 sidio tuebantur, fuerunt apud Constantinum Cesarem accu-  
 sati quasi rebellionem Eugenio consensissent, set licet innoxii et  
 insontes a Constantino Cesare sunt occisi.

5-8 Isid. *Vand.* 71 9-14 Iord. *Get.* 145 15-23 Isid. *Vand.* 71

*Inscrip.* A: ET a. corr. B // GALLIS D // CONFUGERUNT B 2-3 timentes...  
 Gothorum om. F 4 patrocio G 4-5 rebelles a. corr. B 8 mirabiliter D 8-9 et... su-  
 biecerunt om. A 10 occupauerat Lor. // Silingui B edd. 14 dicte G // gens a. corr.  
 D // a Galliis om. edd. 17 fratrem A 21 tuebatur D

CAP. V

DE INTROITU BARBARORUM IN HISPANIAM

Mors autem fratrum Wandalis, Alanis et Sueuis occupandi Hispanias uiam dedit, qui intrantes Hispanias uastationes et cedes cruentis incursibus exercebant. Ciuitates et oppida, uillas et pagos incendio consumentes, substancias occisorum  
 5 diuisione cruentissima parcientes, ad tantam cladem acolas perduxerunt ut humanas carnes famis periculo atemptarent. Bestie quoque cadaueribus assuete in uiuorum interitum fe-  
 rebantur, atque ita IIIIor plagis, bestiarum scilicet, famis, pestis, gladii, Hispania misera lacerata, diuini iudicii sensit  
 10 iram. Tandem uero uidentes barbari terram extinctis cultoribus elanguere et fructibus defraudari et in ipsos penuriam redundare, non miseriis incolarum set sue ceperunt penurie condolere. Unde et incolis conuocatis cum eis prouincias diuiserunt ut incole terram colerent tributa dominis soluturi,  
 15 ipsi autem prouinciarum dominia sorte sacrilega partirentur. Alani itaque Lusitaniam et Carthaginensem prouincias habuerunt; Wandali, qui Silingi, in Bethica resederunt, alii Wandali Galleciam occuparunt; Sueui maritima et occidua Oceani tenuerunt et partem Celtiberie que ad montana Oceani tendebatur. Tot faucibus indulta laceratio Hispanorum,  
 20 cum supereminerent gutura uoratorum carnibus occisorum, nec subiectione nec officio mitigari potuit crudelitas dominorum.

1-8 Isid. *Vand.* 72 8-9 Hyd. c. 48 10-20 Isid. *Vand.* 73

*Inscrip.* IN HISPANIAM om. G, ININAN D // HISPANIA A, om. F // ET DIUISIONE PROUINCIARUM EIUS add. ad marg. al. m. B 2 uiam... Hispanias ad marg. G 3 cedes: neces B edd. // discursibus a. corr. B 4 incendio: incolis DFG // substancias: spolia edd., subst— occisorum om. DFG 5 et ad F 9 misere Lor. 14 dominis: diuinis F 16 Cartaginensis B, —nses FG // prouinciam Lor. 17 Silingui D edd. 19 tenerant a. corr. F // quo D 20 tendebantur F

CAP. VI

DE REGNO ET FUGA WANDALORUM ET PRIMO INTROITU  
GOTHORUM

Postquam autem Hispanias sunt ingressi, primus in Wandalis regnum optinuit Gundericus et in Gallecia posuit sedem regni annis XVIII; et federe interposito ipse et Sueui ibidem pariter corregebant. Alani enim qui Carthaginensem prouinciam et Lusitaniam occuparant, preminebant Wandalis et Sueuis. Set quia Alani Celtiberiam infestabant, que sola in Hispaniis in potestate remanserat Romanorum, Walia rex Gothorum, qui erat in amicitia Romanorum, per Constanrium patricium qui in Celtiberia residebat in auxilium est uocatus, et intrans Hispaniam adeo Alanos infestauit ut et regem eorum Athacem extingueret, et relictis sedibus Carthaginensis et Lusitanie ad Gundericum regem Gallecie, quem nuper prostrauerant, se transferrent regni nomine iam oblito. Omnes tamen in bello Walia superauit, eciam et Silingos qui in Bethica morabantur bello simili coartauit. Walia autem uictoriis inclitus ad Galliam Gothicam est reuersus. Post cuius discessum Gundericus Sueuorum federa uiolauit ut eis subiectis ipse solus presset Wandalis et Sueuis; set Sueui obstinatione solita pertinaces in Neruasis montibus restiterunt; uerum cum eos Gundericus aliquandiu obsidisset, cepit de uictoria desperare, set ne uideretur desperatione uel impotentia recedere ab obsessis, causam maioris negocii simulauit et obsidione relicta ad Baleares insulas se conuertit et eos predis et cedibus deuastauit. Inde rediens ad Carthaginem cismarinam

4-16 Iord. *Get.* 21-22 16-25 Isid. *Vand.* 73

3-4 pariter ibidem B *edd.* 4 congregabant FG 5 occupabant F // preminebat D 8 qui... Romanorum *om.* F 10 et *om.* *edd.* 11 eorum: adeo *a. corr.* D 14 eciam *om.* *edd.* 16 ad: atque G 17-18 subiotis *in ras.* A 19 resisterunt G // uerum: unde *edd.* 21 uel: sive *edd.* 23. balneares *a. corr.* B // insularis F // eas. *Sch. Lor.*

25 que Spartaria dicitur, eam diruit et deleuit. Hanc olim Scipio  
 Affricanus deleta maiori Carthagine uastatione simili dissipat,  
 et ibi fuit antiquitus dignitas ciuitatis. Set postquam  
 ipsa a Wandalis fuit euersa, Gothorum tempore dignitas ad  
 Toletanam ecclesiam est translata, et adhuc hodie Carthagi-  
 30 nensis dicitur prouincia Toletana. Euersa Carthagine proces-  
 sit ut Bethicam deuastaret, non parcens Silinguis qui erant  
 cum Wandalis unus populus et gens una. Set cum Hispalim  
 diruisset et actam cede diripuisset, in basilicam Vincencii  
 35 martyris eius urbis sacrilegus misit manus. Set Dei sententia  
 nolens tantum facinus tolerare, demonii impetu in foribus  
 templi cecidit interfectus era CCCCLXVII. Et tunc reman-  
 serunt in Hispaniis tria regna: in Carthagine et Lusitania  
 Alanorum, qui ad mansiones suas post recessum Walie redie-  
 runt; secundum regnum in Gallecia Sueuorum; tertium in  
 40 Bethica Silingorum, que regio a Silinguis Wandalis adhuc  
 hodie Wandalia nuncupatur, quam Andaluziam corrupto uoca-  
 bulo uulgariter appellamus, in qua est fluuius qui Silingis  
 appellatur et ab Arabibus Guadaxelim nominatur, et incolas  
 Andaluzes.

30-31 *id.* 32-36 *id.*

27 *post ciuitatis add. atque del.* et ecclesie toletane B 30 prouinciam *a. corr.* F 31  
 Silingis F 33 et... diripuisset *om.* A // acta (*p. corr.* F) F *Sch. Lor.* // basilica sancti  
 Vinc— A 34 sacrilegas *Sch. Lor.* 35 facinus (*p. corr.* B) B *edd.* // demonum A 37  
 Carthaginense DFG 38 suas *om.* A 39 regni G 39-40 tertium... Silingorum *ad*  
*marg.* B 40 adhuc FG 41 Andaluzia A 42 Silingius A *edd.*, —guis FG 42-43 in...  
 nominatur *ad marg.* B, *om.* Neb.

CAP. VII

DE GISERICO ET TRANSITU EIUS IN AFFRICAM  
ET FACTIS EIUS

Mortuo Gunderico frater eius Gisericus successit in regno et regnauit XL annis. Hic cum esset catholicus, in apostasiam arriane perfidie est dilapsus; et cum frater eius, de quo diximus, Gundericus uerens uicinitatem Gothorum regum, qui in Gallia Gothica et Aquitania residebant et partem Hispanie ueniente Walia occuparant, proposuerat in Affricam transfretare sperans Tirreni obice a Gothorum insultibus fore tutum, Gisericus autem propositi conscius cum omnibus Wandalis eorumque familiis relictis Hispaniis ad Affricam transfretauit et continuo obsedit Ipponam. Cuius obsidionis anno primo beatus Augustinus, beati Ambrosii discipulus, eiusdem urbis episcopus, migravit ad Christum inter impetus obsidencium Wandalarum anno X post mortem Iheronimi, episcopatus sui XXXVo. Cum autem Wandalarum transitum Valentinianus iunior, qui occidentali imperio prerat, audiuisset, timuit ne totam Affricam subiugarent, et cum obsistere non ualeret, per Trigerium pacem misit et partem Affrice, Ippone uidelicet regionem, concessit eis pacifice possidendam, conditionis interpositis ne quid ultra inuaderent de imperio Romanorum, et hoc ipsum firmavit iuramenti robore Gisericus. Set fraternalis pertinacie non immemor obseruator et sacramenti uelocissimus uiolator ilico pacta fregit et festinauit Carthaginem obsidere, et id residuum quod reparatum fuerat post tempora Scipionis inuadens, Carthaginem pace deceptam diruit

1-3 Isid. *Vand.* 74 8-9 *id.* 14-19 *id.* 22-25 *id.* 75

*Inscip.* FRICAM F // ET FACTIS EIUS *om. edd.* 3 perfide G // elapsus *Neb.*, lapsus *Sch. Lor.* 4 in ciuitatem DG 6 proposuit *edd.* 7 Tirreno F, Ureni *Neb.*, freti *Sch. Lor.* // abice (*a. corr. D*) DG, suffragio *a. corr. B* 8 autem *om. Lor.* 10 primus *a. corr. D* 16 aleret G 17 Trigintum F 18 ei *Lor.* 24 post Scipionis *add. impetu edd.* // pacem receptam D

25 et consumpsit. Carthago ante Romam fuit condita LXXII an-  
 nis, et DCCXXXVII annis et diebus XVII a fundatione sua  
 a Scipione incensa in puluerem est redacta; post centum et  
 duos annos fuit denuo reparata, et post iterum a Giserico  
 destructa XIII kalendas Nouembris, et adhuc hodie silet  
 30 irreparata. Et cum esset arriane secte perfidus obseruator,  
 statim in exordio sui regni cepit persequi catholicos christia-  
 nos et eorum episcopos in exilium condempnauit, et eos qui  
 ei resistere non timebant pene ultime condempnabat. Et tanta  
 fuit tunc temporis persecutio in ecclesiis Affricanis quod uix  
 35 poterat aliquis catholicus reperiri. Proscripsit etiam bona  
 ecclesiarum et seruitutem imposuit omnibus clericis qui ut-  
 cumque sub eius dominio latitabant; ecclesias prophanabat  
 et iumenta sua tam in ecclesiis quam in porticibus religabat;  
 et adeo per totam Affricam arrianam heresim seminauit quod  
 40 loca sacra et Deo dicata in habitacula suis domesticis confe-  
 rebat, et uiros sanctos arrianam heresim detestantes ipse de-  
 testabatur et sine intermissione eorum sanguinem procabatur  
 et, cum poterat, effundebat ita ut usque ad os totam Affricam  
 sanctorum sanguinem debriaret. Per idem tempus IIIor uiri  
 45 Hispani in arrianam sectam transire nolentes diuersis mor-  
 tibus interempti illustri martyrio consumantur: Archadius,  
 Probus, Paschasius et Euticius. Puer autem Paulillus nomine,  
 frater Paschasii et Euticii, propter fidem catholicam damp-  
 natus est infime seruituti.

33-41 *id.*

25 fuit *om. D, s. u. B* 26 et DCCXXXVII annis *om. FG* 27 post incensa *add. atque del. ardens B* 28 iterum *om. F, interitum A* 29 silet: simul *Neb. Sch.* 30 irreparata... secte *ad marc. al. m. D* // Et: Que *F* 33 ultimo *B Neb., poena ultima Sch. Lor.* 35 Set scripsit *D* 36-37 utrumque *a. corr. B* 38 pontificibus ligabat *D* 38-39 quam... adeo *om. F* 40 sacra *ad marg. al. m. D* 42 procabatur: sciebat *a. corr. B* 43 ut *om. FG* 44 ebriaret (*al. m. rec. p. corr. D*) *D edd.* 45 uolentes *G* 46 in-temptati *F* 47 Euticranus *A* // Paulidus *F* 49 in fine *D*

CAP. VIII

DE TRANSITU WANDALORUM IN SICILIAM  
ET VASTATIONE URBIS

Verum quia nec sacrilegiis nec cedibus hominum poterat  
saciari, Affrica conculcata in Siciliam nauigauit ut eam pari  
exterminio laceraret, et direptionibus iam peractis obsedit  
Panormum eius insule regiam ciuitatem. Cumque hec omnia  
5 Theodosius iunior, qui orienti prerat, percepisset, exercitum  
congregauit ut Gisericum a Sicilia effugaret. Et dum hec fie-  
rent, rumor aduenit quod Hugni Thracias et Illiricum deuas-  
tabant, et hac necessitate Theodosius exercitum quem contra  
Wandalos destinauerat reuocauit ut Thracibus et Illiricis fie-  
10 ret in succursum. Marcianus autem seu Maioranus, qui im-  
perabat in occidente, ab Italia in Hispaniam est profectus,  
et cum ad Carthaginensem prouinciam peruenisset, in eodem  
litore aliquantas naues ad transitum contra Wandalos prepa-  
rauit, set proditione suorum fuit Wandalis reuelatum, qui  
15 inprouiso nauigio uenientes ex eis aliquas succenderunt et  
aliquas abduxerunt. Sicque Marcianus dispositione frustratus  
in Italiam est reuersus et Tertone a Richimiro patricio occi-  
ditur circumuentus, eo quod reipublice ignominiam intulerat  
et iacturam. Quod audiens Gisericus, non contentus Affrice  
20 et Sicilie uastatione aggressus est patriam Romanorum. Ro-  
mane autem Ecclesie adhuc prerat Leo papa. Romani uero  
timentes aduentum principis Giserici, relicta ciuitate ad mon-  
cium ardua confugerunt, et ueniens Gisericus ciuitatem habi-  
tatoribus uacuam set plenam diuiciis occupauit, set nec in-  
25 cendere uoluit occupatam nec in eos qui remanserant gladio  
deseuire. Nam Leo papa in introitu ciuitatis occurrerat ue-

2-4 Isid. *Vand.* 75 4-18 *id.* 76 19-20 *id.* 77

*Inscrip.* SILICIAM DG // UASTACIONEM FG // ET... URBIS *om. Neb.* 6-7  
fieret D 8 necessitatem G 13-14 preparauit... Wandalis *om. A* 15 succederunt F  
16 obduxerunt D 17 Rimiro A 20 *post Romanorum add. atque del.* in B 25 *eos:*  
*hiis a. corr. B* 26 *in om. G, s. u. F // occurrat D*



nienti, et diuini uerbi pabulo Giserici tyrannidem sic sedauit  
 ut a ferro et incendio abstineret; et suasus ab Eudoxia Val-  
 30 entiniani relictam, que eius comercium cupiebat, ut Romam  
 ingrederetur, Romanorum copias cupiebat, et per XIII dies  
 exhaustis opes et thesauros absconditos eorumdem, eciam  
 ipsam Eudoxiam Valentiniani relictam et duas filias duxit  
 captiuas cum multis milibus captiuorum. Roma itaque domi-  
 35 nata ciuitatum remansit uidua quasi terremotu tercio concas-  
 sata, primo Alarici, secundo Athaulphi, tercio Giserici. Wan-  
 dali uero Romam egressi se per Campaniam diuiserunt omnia  
 gladio et incendio dissipantes; Nolam et Capuam nobiles  
 Campanie ciuitates impetu subuerterunt et incendio consump-  
 40 serunt et similia in aliis ciuitatibus, castellis et ruribus pere-  
 gerunt. Sanctus uero Paulinus Nolanus episcopus quicquid  
 habere potuit pro redemptione captiuorum patrie erogauit;  
 supplicanti eciam uidue ut unicum filium captiuum redime-  
 ret, cum nil haberet omnibus erogatis, seipsum in seruum  
 45 uendidit et filium uidue liberauit et cum aliis captiuatis ipse  
 quoque in Affricam est delatus, ubi sanctis operibus gloriosus  
 meruit optinere sibi et omnibus concaptiuis qui a patria sua  
 ducti fuerant libertatem, et sic cum eis omnibus in Campa-  
 niam est reuersus. De hoc beatus Gregorius in libro Dialo-  
 50 gorum plenius declarauit. Et sic Gisericus uictor et inclitus  
 ad Carthaginem est reuersus et mox misit nuncios ad Theo-  
 dosium qui prerat orienti, et pace firmata remisit ei hono-  
 rifice Valentiniani relictam et unam filiam, alteram retinens  
 suo filio Hugnerico; et tamen Ecclesiam persequi non omisit  
 55 insistens heresi arriane. Paucis autem diebus interpositis Gi-  
 sericus iterum in Ytaliam uoluit nauigare, set repulsus a Ba-  
 silio patricio nauali uictoria in Affricam inglorius est reuer-  
 sus. Sicque uesanie sue uirus ubique refundens, frequenter  
 uictor ultimo uictus XLo regni sui anno uitam finiuit.

30-33 *id.* 35-48 Greg. M. *dial.* 3,1 49-53 Isid. *Vand.* 77

29-30 ut... cupiebat *om.* G 30 et per XIII *transp. ante* ut (29) F 31-32 eorum-  
 dem et Christiani Valentiniani Eudoxiam relictam *edd.* 36 Roma *Sch. Lor.* 39 cas-  
 tellanis (*a. corr.* B) B *Neb. Sch.* // uiribus A 41 potuit pro redemptione *ad marg.* F  
 46 quia F 47 fueram F // eis *om. edd.* 48 Gregorius; Augustinus *edd.* 49 sic  
*om. ADFG* 50 Carthagine D 53 Ecclesia FG // persequi Ecclesiam *Neb.* 53-54 et...  
 arriane *ad marg.* (nec tamen oblitus heresis arriane ecclesiam persequi non omisit *del.*) B  
 54 resistens F, ras— G // diebus *om.* A 54-55 Sigericus (—gie— FG) BDFG 55 in  
*om.* A 55-56 Basilisco *Sc. Lor.*

CAP. VIII

DE REGNO HUGNERICI

Mortuo Giserico filius eius Hugnericus succedit in regno et regnavit annis VIII. Hic habuit uxorem Valentiniani filiam, ex qua suscepit filium nomine Hildericum. Initium autem regni sui conspersit uiru perfidie arriane et sicut in regno  
 5 sic patris in heresi fuit heres, et in persecutione catholicorum patre atrocior est inuentus. Ecclesias infiscavit, sacerdotes et ceteros in ecclesiasticis officiis constitutos exilio condempnavit, monachos et laycos circiter IIIIor milia durioribus penis artavit et eorum plurimos martyrio consumavit,  
 10 plurimis confessoribus linguas abscidit, qui tamen linguis abscissis Domino faciente usque in finem usum loquere non amiserunt. Letus etiam Neptensis episcopus sub eo martyrio coronatur, et quia arriani contagio labe noluit maculari, uictor et martyr celesti consorcio meruit adunari. Et quia  
 15 Hugnericus calicem ire Dei aliis propinavit. ea potione qua et Arrius doctor eius effusis uisceribus impium spiritum suo restituit incentori regni sui anno VIIIo.

1-13 Isid. *Vand.* 78 13-17 *id.* 79

*Inscrip.* DE HUGNERICO *edd.* // ET MORTE EIUS *add. ad marg.* B 1 succendit *a. corr.* B 4 uirus F, —rum G 5 sicut G 9 martyrio: incendio D 11 dominio FG // fine D 14 consorcior G 15 potius ne D 16 imperium D

CAP. X

DE REGNO GUNTAMUNDI ET TRASAMUNDI

Mortuo Hugnerico Gunthamundus nepos et filio Giserici succedit in regno et regnauit annis XI, mensibus VIII; qui statim pacem cum Ecclesia reformauit et omnes catholicos ab exilio reuocauit. Isto mortuo Thrasamundus frater eius  
 5 successit in regno et regnauit annis XXVI, mensibus VIII. Iste insanie Hugnerici successor et heres statim in catholicos misit manum et eos aporians et euertens bona eorum fisci titulis assignauit et ex omni Affrica CXX episcopos mittens Sardiniam exilio condempnauit, nec sui temporis heresi sa-  
 10 ciatus Hildericum filium Hugnerici iuramento astrinxit ne catholicos exules reuocaret, Ecclesiam restitueret aut foueret. Isto autem Thrasamundo impium spiritum Carthagine exalante Hildericus filius Hugnerici ex filia Valentiniani in regno substituitur Wandalorum; set nolens transgredi iuramen-  
 15 tum quod fecerat Thrasamundo, antequam regni culmine donaretur, episcopos et ceteros catholicos ab exilio reuocauit et ecclesiis restituit infiscata et per totam Affricam pacem datam Ecclesie edicti preconio publicauit et priuilegia que Thrasamundus abstulerat ecclesiis redonauit. Cum enim ma-  
 20 ter eius esset catholica, ei fidei opera suadebat. Gilimerius autem de potioribus Wandalorum contra Hildericum proditione et tirannide insurrexit et prelio uictum cepit et eum cum filiis custodie carceris mancipauit; multosque nobilium Wandalorum qui in Affrica ut indigene residebant et Hilde-  
 25 rico ut domino obediebant et propter captionem eius tiranno

1-4 Isid. *Vand.* 80 4-9 *id.* 81 10-23 *id.* 82 23-39 *id.* 83

*Inscrip.* REGNO *om.* A // DE GUTAMUNDO ET THRASAMUNDO *edd.* 4 frater: super D 5 XXVII A 6 uesanie A 7 aporians AFG, aporians D, aporians *Neb.*, abhortans *Sch. Lor.* // euertes D 8 CXXX *edd.* // mutens F 9 Sardinia A // nec *in te corr.* F 9-10 sui temporis Hugnericum F 11 *post* reuocaret *add.* nec s. u. F 20 ei *om.* B *edd.* 23 multasque D 24-25 et... obediebant *om.* F

indebito resistebant, sustinuerunt a Gilimerio persecutiones uarias et iacturas, ita quod multos ex eis cum Hilderico in carceribus coartaret, aliosque proscriptis substanciis capitali sententia condempnauit, omnique scelere inquinatus, uenundatus diabolo nulli malicie se subtraxit. Hiis miseriis Affrica dissipata sanctus Letus Neptensis episcopus martyr eximius, de quo diximus, in uisione apparuit Iustiniano imperatori ut succurreret tante cedi; quo oraculo incitatus imperator confestim misit exercitum cum Belesario magistro militum contra tyrannidem Gilimeri, qui Belesarii aduentum uerens Hildericum regem cum affnibus sui generis et aliis nobilibus interfecit, ueniensque Belesarius Guntimirum et Gebamundum fratres Gilimeri primo prelio interfecit. Deinde prelio iterato ipsum Gilimerum fuge exterminio propulsauit, set insequens captiuauit, et ipsum captum cum diuiciis et rapinis nequiter conquisitis imperatori Iustiniano Constantinopolim destinauit et eo misso rededit totam Affricam in prouinciam Romanorum anno LXXXXVIIo ex quo Wandali Affricam intrauerunt; et mansit postea Romanorum subdita ditioni donec per Mahometi astuciam fuit reddita heretice prauitati in qua peccatis exigentibus adhuc manet. Sicque regnum Wandalorum cum populo suo funditus extirpatur, quod a Gunderico rege usque ad interitum Gilimeri durauerat CXIII annis.

---

39-48 *id.* 84

---

27 multas D 28 carceribus D // substanciis: subcis (subiectis uel substanciis *ad marg. al. m. rec.*) D, subsidiis FG. subiectis *Neb. Sch.*, suis bonis *Lor.* 29 omnisque G // et uenundatus *Sch. Lor.* 30 diabolo: ad malum *Sch. Lor., om. Neb.* 31 episcopus Neptensis *edd.* // martyr: uir F, inter G 33 tande G // cedi: cladi A 35 tyrannide G 36 suis G 39-40 Gilimerium... ipsum *ad marg. al. m. rec.* D 40 et captum D 42 redigit G 43 LXXX D 45 peruersitati *edd.* // pro peccatis AD 48 *ad iter. AD // CXIII G*

CAP. XI

DE HISTORIA ALANORUM

Nunc a Wandalorum historia liberatus Alanorum me in-  
 gero seruituti. Eorum originem, processus et acta donec  
 Gallias infregerunt et Hispanias intrauerunt, superius enna-  
 rraui. Postquam ergo Hispanias sunt ingressi, in Carthagi-  
 5 nensi et Lusitania prouinciis superbo oculo, corde auido,  
 crudeli proposito sedes altissimas collocarunt, ita ut Silin-  
 guis in Bethica, Sueuis in Gallecia, Romanis in Celtiberia pre-  
 minerent, et Wandalos, quos in una prouincia concluderat  
 cum Sueuis; sepius impetiuit et incursibus coartauit; Roma-  
 10 nis eciam in Carpentania, quam a Carthaginensi prouincia  
 defalcarant, intulit multas cedes et abstulit multas urbes.  
 Quorum necessitate Constancius patricius, ut dixi superius,  
 Gothorum regem Waliam inuocauit, qui mox ueniens Alanos  
 tamquam acie dure silicis hebetauit, et quam in aliis exer-  
 15 cuerant feritatem uenienti Walie reliquerunt, et regni nomine  
 abnegato se Gunderico quem deucierant subiecerunt, set cum  
 eo ad quem confugerant Gunderico in conspectu Walie ceci-  
 derunt, et ciuitates sue ditionis in Carthaginensi prouincia  
 Walia tradidit Constancio presidi Romanorum, et sic fuit in  
 20 Hispaniis eorum potencia dilatata; et regis nomine apud  
 Alanos iam extincto cessare Romanis Wandali et Sueui, qui  
 fere totam Lusitaniam occuparunt et facti ignaui pro maiore  
 parte non milicie set ascripti populo remanserunt nec ut  
 magnanimi ad sedes alias migrauerunt, donec post temporis  
 25 interuallum Gothis uenientibus ut acole paruerunt; et hic  
 finis regni et glorie Alanorum.

12 cf. cap. VI

2 et om. G 3 Gallias: calitis G // infugerunt D, fregerunt FG 4 ergo: igitur  
 edd. // in om. G 8 in om. AD // concluderat edd. 9 sepius: potius Neb. Sch. //  
 impetiverunt edd. // coarctauerunt edd. 11 deflalarant G // intulerunt edd. // abstu-  
 lerunt edd. 14 aciem D Lor. // duce A 14-15 exercuerat G 16 quem deucierant  
 om. A 21 cessare G 22 Lusitaniam: Hispaniam Neb. Sch. 23 scripti D 25 parue-  
 runt: pervenerunt Neb. Sch.

CAP. XII

DE REGNO SUEVORUM

Liberati ab ignauia Alanorum transire restat ad historiam Sueuorum. Horum originem et processum in superiori opere declarauimus. Sueui autem cum Hispanias intrauerunt, Hermericum principem habuerunt et cum Wandalis Galleciam occuparunt; set Wandalis nauigantibus in prouincias Affricanas soli Sueui Galleciam tenuerunt. Galleci tamen in aliqua parte proprio dominio utebantur, quos Hermericus assiduis incur-  
 5 sibus predabatur. Tandem morbo cronico agrauatus pacem inhiit cum Gallecis et tamquam insufficiens filium suum Riccila regni substituit successorem, qui armorum studiis pro-  
 10 uocatus raro a preliis quiescebat. Cum autem Romani misissent quemdam milicie sue ducem nomine Andebodem cum multis copiis ut Bethicam occuparet, occurrens ei Riccila ad fluuium qui Silingius dicitur in Bethica regione conserto  
 15 prelio Andebodem uicit et interfecit magnis auri et argenti copiis occupatis, et Romanorum exercitu dissipato Bethicam sue subdidit ditioni; et uolens Lusitaniam subiugare obsedit Emeritam et captam regno proprio adunauit. Hermericus autem pater ipsius interiit postquam VII annis fuerat morbo  
 20 diutino fatigatus; regnauerat autem annis XXXII. Carthaginensem eciam prouinciam sue subdidit potestati, et ita Gallecia, Lusitania, Bethica, Carthaginensi prouincia suo dominio subiugatis erat in Hispaniis fere monarchus; et ut in hac quiete securior permaneret, Carthaginensi prouincie regionem  
 25 Carpentaniam, uidelicet, quam Romanis abstulerat, restituit facta pace. Cumque uenisset Emeritam, prout fertur, sub gentilitatis errore uitam infeliciter consumauit, cum regnasset annis VIII.

3-20 Isid. *Sueb.* 85 20-28 *id.* 86

8 cronico: ciderico D 12 ducere *a. corr.* D 13 occuparent A 18 et meritam G // adiuuabit D 19 ipsi A 23 hanc D

CAP. XIII

DE RECHIARIO ET MORTE EIUS

Mortuo Riccila Rechiarus filius eius factus catholicus successit in regno annis VIII. Hic duxit uxorem filiam Theuderedi regis Gothorum, et pro tanto coniugio eleuatus suspicatus est non tantum Hispanie set et Vasconiis impere; et ad Theuderedum socerum suum in Galliam Gothicam est profectus, et ab eo rediens honoratus Gothorum auxilium secum duxit et Terraconensem prouinciam et Cesaraugustam Carpentanie, que Romano imperio seruiebant, impetens occupauit; Carthaginenses eciam regiones, quas Romanis reddiderat Riccila pater eius, prede incursionibus deuastauit. Mortuo autem socero suo Theuderedo in bello Cathalanico et eius filius Thurismundo, succedente Theodorico secundo filio Rechiarus cepit in Hispaniis insolere, et Theodoricus rex Gothorum filius Theuderedi, qui regnabat in prouincia Narbonensi, contra eum cicius properauit. Rechiarus autem de suis uiribus plus presumens occurrit Theodorico, et prelio ad inuicem inchoato Rechiarus effugatur, postea capitur, postea interiit interfectus.

---

1-18 Isid. *Sueb.* 87

---

1 et factus *Neb. Sch.* 2 VIII D 4 est *ante* suspicatus *transp. Neb. Sch.* 5 suum *om. A* 6 honeratus G 9 regiones: rediens A 13 insolescere *Sch. Lor.* 16 et in prelio F 18 interiit *om. G*

CAP. XIII

DE MASDRA ET FRANTA ET ALIIS REGULIS SUEVORUM

Sueui autem bifarie diuisi, alii Masdram Massile filium in principem elegerunt, qui tantum duobus annis regnauit, alii Frantam. Masdra autem statim mortuo pars Masdre filium eius substituit Remismundum, qui cum Franta ilico pacem  
 5 fecit, et ambo pariter federati partes Lusitaniae deuastabant. Post biennium mortuo Franta pars eius Frumarium sibi pre- fert; qui cum Remismundo super regni preminencia litigaret, euertit Flauiam, uastauit patriam. Remismundus eciam Lu- cum et Auriam et maritima deuastabat. Set post biennium  
 10 Frumario decedente Remismundus pace cum Gallecis inita Sueuorum in Gallecia optinuit principatum, Sueui enim eum sibi in regulum prefecerunt, qui ad Lusitaniam transiens Conimbriam pace deceptam diripuit et exhaustis, Ulixbonam eciam occupauit Lusidio ciue et incola, qui illic prerat, eam  
 15 tradente. Post aliquot dies Remismundus hiis successibus eleuatus ad Theodoricum regem Gothorum nuncios destinauit et pacem et amiciciam postulauit; quos Theodoricus benigne recipiens annuit postulatis et in signum ueri amoris coniugem misit ei per Sallanum quemdam ex officio palatino cum  
 20 adiectione armorum et munerum copiosa; et recepta coniuge et muneribus cepit amplius superbire et Sallanum muneribus honestatum remisit ad Theodoricum cum epistulis sue laudis; qui cum ad Gallias rediisset, Theodoricum ab Eurico fratre suo reperiit interfectum. Huius tempore Alax natione Galata

---

1-5 Isid. *Sueb.* 88 6-9 *id.* 89 9-15 *id.* 90 24-30 *id.*

---

*Inscrip.* DE SUEVORUM REGIBUS *edd.* 1 Masdra A 3 Masdra: Masdram G 6-7 *prefecit Sch. Lor.* 7 Remismundum A 10 *dicedente FG* 15 *ante aliquot add.* autem A // aliquod D // *successionibus A* 18 *postulantis FG* 20 *numerus a. corr. B,* munera A 22 *honustatum F* // *epistule a. corr. B* 24 *Ajax Sch. Lor.*



- 25 effectus apostata regis auxilio secte se contulit arriane et  
inuentus est fidei catholice inimicus; qui de Gallia Gothorum  
adueniens hoc uirus pestiferum genti Sueuorum in Hispania  
propinavit, et multis deinde Sueuorum regibus in arriana  
heresi permanentibus catholici persecutionem et pericula per-  
30 tulerunt, donec regnavit Theodemirus, qui predicatione Mar-  
tini Dumiensis episcopi fidei catholice redonatus eliminata  
spurcicia arriana Sueuos restituit fidei unitati. Hic Martinus  
Dumiensis episcopus religione, doctrina et fide preclarus  
multa docuit et firmavit in ecclesiasticis institutis, pro cuius  
35 memoria Ecclesia Gallecie adhuc gaudet. Regnaverat autem  
Theodemirus annis X.

---

30-36 *id.* 91

---

27-28 in... Sueuorum *om. G*, infudit *suppl. Neb. Sch.* 33 episcopus *s. u. al. m. D.*  
35 Regnavit *edd.*

CAP. XV

DE MIRO ET FINE REGNI SUEVORUM

Post Theodemirum Mirus princeps efficitur Sueuorum et regnauit annis III. Hic secundo regni sui anno Ruchonibus mouit guerram et bellis atritos opibus spoliauit. Et dum Leouegildus rex Gothorum Hermegildum filium suum propter fidem catholicam Hispali obsedisset, Mirus processit in auxilium Leouegildi, et Hermegildo capto et interfecto Mirus ibidem terminum uite clausit. Huic successit Euricus filius eius in regno, quem in adolescencia constitutum Andeca per tirannidem regno priuat et coegit eum monachum fieri et detonsum in monasterio inserauit. Set quia malorum impietas non remanet impunita, protinus rex Gothorum Leouegildus ingressus Hispanias bellum intulit prouincie Sueuorum, et Andecam deuictum regno priuauit et regnum eius in prouinciam redegit Gothorum. Ipsum autem Andecam post regni honorem fecit tonderi et presbyterii officio mancipari. Enimuero oportebat ut quod regi suo fecerat innocenti, ipse proditor congrua uicissitudine pateretur. Et sic Sueuorum regnum optentum a Gothis expers glorie hic finitur, quod durauerat CLXXVII annis.

---

1-7 Isid. *Sueb.* 91 7-19 *id.* 92.

---

*Inscrip.* FINE: FAME *a. corr.* B // REGNI *om.* *Neb.* 1 efficitur *s. u.* B 7 Enricus F, Et uiticus G 8 Andecam D 16 oportet A 17 patentur G

CAP. XVI

DE SILINGUIS

Explicatis regno et actibus Sueuorum me cogit materia  
 acta describere Silingorum, quorum ratio cum Wandalis una  
 fuit, nisi quod illis in Affricam transfretantibus isti in Bethica  
 remanserunt, ubi experti cedes et incursiones et pericula Ro-  
 5 manorum non euaserunt excidia Alanorum. Set et reges Ga-  
 llecie Sueuorum eos multis direptionibus subiecerunt; eciam  
 Hispalis eorum metropolis interdum diruta interdum inuasa  
 numquam felicitate stabili potuit efflorere, donec sub Leoue-  
 gildo Gothorum principe siluit captiuata, regis et regni gloria  
 10 uiduata et in Gothorum prouinciam iam redacta. Et hic finem  
 habuit principatus et potencia Silinguorum, quorum extermin-  
 ium a Gothorum rege Walia inchoauit, per Leuegildum  
 postea consumatum. Primus enim Gothorum Athaulphus His-  
 panias est ingressus, set Barchinone interfectus. Post ipsum  
 15 Walia, qui Wandalos et Sueuos, Alanos et Silingos domuit et  
 prostrauit et in singulis prouinciis de Gothorum maioribus  
 instituit principes populorum, nec tamen ibi sedem regni  
 uoluit collocare. Theodoricus eciam Sueuos suo dominio su-  
 biugauit, et ex tunc ceperunt Gothi in Hispaniis dominari et  
 20 regni sedem a Gallia Gothica in Hispaniam transtulerunt.

*Inscrip.* SILINGIS B 1 coegit a. corr. D 4 experte a. corr. D 6 eos s. u. B //  
 eciam: et edd. 7 dirupta A 12 a om. G // et per edd. 14 interfectus est edd. 15  
 Silignos D 16 singulis: Silinguis Neb. Sch. 20 Hispania D